Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Job

michi pōt aut decipiet ut homo nūs
fraudulentus. Ipse nos arguet quo
modo abscondito fatem eius accepimus.
Itaq; ut se admoneat turbabit nos.
Et ūor eius gravet super nos. Memoria
mea rapiet eum. Et ridiculum mihi
eum ceruices nūe. Tacere paulisper.
ut loqar quamq; in me suggesserit
Ne lacerem carnes meas dentibus meis.
Et animam meam ponam in manibus meis.
etiam si occiderit me in ipso sperabo.
Veruntamen viam meam in aspectu eius
arguam. Et ipse erit salvator meus.
Non enim veniet in aspectu eius omis
hypocrita. Audite sermonem meum. Et
enigmata percipite auribus vestris. Si fu
ero iudicatus. scio quod iustus inveniar.
Quis est qui iudicetur mecum. Ve
mihi. Nūe tacens assumor. Duo tan
ne facias mihi. Et tunc a facie tua
non abscondar. Manum tuam longe
fac a me. Et formido tua non me terreat.
Voca me. Ego respondebo vel ad
loquar. Et tu responde mihi. Quantas habeo
iniquitates. Et peccata. scelera mea.
Et delicta ostende mihi. Cur faciem
tuam abscondis. Et arbitraris me in
inimicum tuum. Contra folium quod vi
ro rapitur ostendis potentiam tuam.
Et stipulam siccam persequeris. Scribis
enim ira me amaritudines. Et assume
me vitia peccatis adolescentie mee.
Posuisti in nervo pedem meum. et
observasti omnes semitas meas. et
vestigia pedum meorum considerasti.
Qui qui putredo consumendus sum. Et
qui vestimentum quod comedit a tinea.

Homo natus Capitulum. xiiii.
de muliere. brevi vivens tempore
repletur multis miseriis. Qui
qui flos egreditur. Et conteritur. et fugit
velut umbra. Et nunquam in eodem statu
permanet. Et dignum duxisti super hu
iusmodi aperire oculos tuos. Et adducere eum
tecum in iudicium. Quis potest facere mundum
de immundo concepto semine. Nonne
tu qui solus es. Brevis dies hominis
sunt. numeri mensium eius apud
te est. Constituisti terminos eius cum
preterire non possint. Recede paululum
ab eo ut requiescat donec optata veni
at. Et sicut mercenarii dies eius. Lig
num habet spem si precisum fuerit rursus
virescere. Et ramus eius pullulabit. Si se
nuerit in terra radix eius. Et in pulvere
emortuus fuerit cinis illius. ad o
dorem aquae germinabit. Et faciet co
mam qui cum primum plantatum est.
Homo vero cum mortuus fuerit. Et nu
datus. atque exhaustus. ubi quaeso est.
Quomodo si recedant aquae de mari. et
fluvius vacue fuerit arescat. sic ho
mo cum dormierit non resurget. donec atte
rantur celum non evigilabit. nec
exurgit de somno suo. Quis in hoc
tribuat ut in inferno protegas me. Et ab
scondas me donec pertranseat furor
tuus. Et ponas mihi tempus in quo
recorderis mei. Putasne mortuus
homo rursum vivat. Cunctis di
ebus quibus nunc milito. expectabo do
nec veniat immutatio mea. Vocabis
me. Et ego respondebo tibi. opus ma
nuum tuarum porriges dextram. Tu qui
dem gressus meos dinumerasti. sed pec
cata mea. Et erasti iniquitatem meam.
Mons cadens defluit. Et saxum tran
sfertur de loco suo. lapides excavant
aquae. Et alluvione paulatim terra
subvertitur. Et homines ergo similiter
perdis. Roborasti eum paululum ut per
transeat in perpetuum. immutabis fa
ciem eius. Et emittes eum. Sive no
biles fuerint filii eius. sive ignobi
les non intelliget. Attamen caro eius
dum vivit dolebit. Et anima illius
super semetipso lugebit. Capitulum